


dñs tecum · benedicta tu in mulieribus · Quę cum audisset turbata ē in sermone eius · & cogitabat qualis eet ista salutatio · Et ait anglus ei · Ne timeas maria · inuenisti enim gram apud dm̃ · Ecce concipies in utero et paries filium · et uocabis nom̃ eius ihm̃ · Hic erit magnus · et filius altissimi uocabit̃ · Et dabit illi dns ds sedem dauid patris ei · et regnabit in domo iacob in ætternum · et regni eius n̄ erit finis · Dix̃ aut̃ maria ad anglm̃ · Quomodo fiet istud · quo uirum n̄ cognosco · Et respondens anglus · dixit ei · Spūs scūs superueniet in te · & uirtus altissimi obumbrabit tibi · Ideoq; et qđ nascet̃ ex te scm̃ · uocabitur filius dei · Et ecce elisabeth cognata tua · et ipsa concepit filium in senectute sua · Et hic mensis ē sextus illi quę uocat̃ sterilis · quia n̄ erit impossibile apud dm̃ omne uerbum · Dixit aut̃ maria · Ecce ancilla dni · fiat mihi · scdm̃ uerbum tuum · FER. VI. IN illo tempe Exurgens maria · abiit in · S · Luc · montana cum festinatione in ciuitat̃ iuda · et intrauit in domū zacharie · & salutauit elisabeth · Et factum ē ut audiuit salutationē marie elisabeth · exultauit infans in utero eius · Et repleta ē spū scō elisabeth · et exclamauit uoce magna · et dixit · Benedicta tu int̃ mulieres · et benedictus fructus uentris tui · Et unde hoc mihi · ut ueniat mat̃ dni mei ad me · Ecce enim ut facta ē uox salutationis tuae in auribs, meis · exultauit in gaudio infans in utero meo · Et beata quę credidit · quo pficient̃ ea quę dicta sunt ei a dno · Et ait maria · Magnificat

79v

Österreichische Nationalbibliothek
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod1140/0164